

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

Liber duodecimus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

P. VIRGILII MAR-
RONIS AENEIDOS

Liber duodecimus.



Vrnu, vt infractos adan
Marte Latinos
Defecisse videt, sua nunc
promissa repesci,
Se signare oculis: vltimo
placabilis ardet,
Attollitq; animos. Pen-
rum qualis in aris

Saucius ille graui venantum vulnere pectus,
Tum demum mouet arma leo, gaudetq; comantem
Excitans ceruice toros, fixumq; latronis
Impaudus frangit telum, & fremit ore cruento:
Haud secus accenso gliscit violentia Turno.
Tum sic affatur regem, atq; ita turbidus inquit:
Nulla mora in Turno: nihil est, quod dicta reuocet
Ignaua Aeneada, nec, quae pepigere, recusent,
Congredior: fer sacra pater, & concipe fœdus.
Aut hac Dardanium dextra sub tartara mittam,
Desertorem Asia (sedeant, spectentq; Latini)
Et solus ferro crimen commune refellam:
Aut habeat victos, cedat Lauinia coniunx.
Olli sedato respondit corde Latinus:
O prestans animi iuuenis, quantum ipse feroci

Vrnu

Virtute exuperas, tanto me impensius æquum est
 Consulere, atq; omnem metuentem expēdere casus.
 Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta
 Multa manu, nec non aurumq; animusq; Latino est.
 Sunt aliæ innupta Latio, & Laurentibus agrū,
 Nec genus indecores. sine me hæc haud mollia satū
 Sublatū aperire dolū, simul hæc animo hauri:
 Me natam nulli veterum sociare procorum
 Eas erat: idq; omnes diuig; hominesq; canebant.
 Victus amore tui, cognato sanguine victus,
 Coniugis & mœsta lacrymis, vincla omnia rupi,
 Promissam eripui genero, atq; arma impia sumpsi.
 Ex illo, qui me casus, quæ Turne sequantur
 Bella, vides, quantos primus patiare labores.
 Bis magna victi pugna, vix vrbe tuemur
 Spes Italas, recalent nostro Tyberina fluent
 Sanguine adhuc, campiq; ingentes osibus albent.
 Quo referor toties? quæ mentem insania mutat?
 Si Turno extincto, socios sum accire paratus,
 Cur non incolumi potius certamina tollo?
 Quid consanguinei Rutuli, quid cetera dicet
 Italia, ad mortem si te (fors dicta refutet)
 Prodiderim, natam, & connubia nostra petentem?
 Respice res bello varias, miserere parentis
 Longeui, quem nunc mœstam patria Ardea longè
 Diuidit. haud quæquam dictū violentia Turni
Flectitur: exuperat magis, agrescitq; medendo.
 Ut primum fari potuit, sic incipit ore:
Quam pro me curā geris, hæc precor, optime, pro me
Deponas,

Deponas, lethumq; sinas pro laude pacisci.
 Et nos tela, pater, ferrumq; haud debile dextra
 Spargimus, & nostro sequitur de vulnere sanguis.
 Veni Longe illi dea mater erit, qua nube fugacem
 Amata Feminea tegat, & vanis sese occulat umbris.
 At regina noua pugna conterrita sorte
 Flebat, & ardentem generum moritura tenebat.
 Turne, per has ego te lacrymas, per si quis Amata
 Tangit honos animum (spes tu nunc vna sequitur).
 Tu requies misera: decus, imperiumq; Latini
 Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit.
 Vnum oro, desiste manum committere Teucris.
 Qui te cunq; manent isto certamine casus,
 Et me Turne manent: simul hac inuisa reliquias
 Lumina, nec generum Aeneam captiua videtur.
 Accepit vocem lacrymis Lauinia matris,
 Flagrantes perfusa genas: cui plurimus ignem
 Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
 Indum sanguineo veluti violauerit ostro
 Si quis ebur, vel mista rubent vbi lilia multa
 Alba rosa: tales virgo dabat ore colores.
 Illum turbat amor, figitq; in virgine vultus:
 Ardet in arma magis, paucisq; affatur Amata.
 Ne, quæso, ne me lacrymis, neue omine tanto
Prosequere in duri certamina Martis euntem.
 O mater: neq; enim Turno mora libera moris.
 Nuncius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranni
 Haud placitura refer. cum primum crassima velis
Puniceis innecta rotis aurora rubebit:

Teucros agat in Rutulos: Teucrū arma quiescāt
 Rutulum: nostro dirimatur sanguine bellum:
 quaeratur conux Lauinia campo.
 Nec ubi dicta dedit, rapidusq; in tecta recessit:
 posuit equos, gaudetq; tuens ante ora frementes,
 Nummo quos ipsa decus dedit Orithyia:
 qui candore niues anteirent, cursibus auras.
 Circumstant properi auriga, manibusq; laceffunt
 Pectora plausa cauis, & colla comantia peclunt.
 Ipse debinc auro squallentem, alboq; orichalco
 Circundat loricae humeris: simul aptat habendo
 Ensemq;, clypeumq;, & rubra cornua cristae, *Valeang.*
 Ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti
 Tulerat, & stygia candentem tinxerat vnda.
 Exin, qua in medijs ingenti adnixa columna
 Artibus adstabat, validam vi corripit hastam,
 Altoris Arunci spoliū: quassatq; trementem
 Vociferans nunc. o nunquam frustrata vocatus
 Hasta meos, nunc tempus adest: te maximus Actor,
 Te Turni nunc dextra gerit: da sternere corpus,
 Loricaq; manu valida lacerare reuulsam
 Scinditur Phrygis, & foedare in puluere crines
 Vibratos calido ferro, myrrhaq; madentes,
 Hoc agitur furis, totoq; ardentis ab ore
 Scintilla abstunt: oculis micat acribus ignis.
 Mugitus veluti cum prima in praelia taurus
 Terrificos ciet, atq; irasci in cornua tentat,
 Arboris obnixus trunco, ventosq; laceffit
 Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.

Nec minus interea maternis saeuum in armis,
Aeneas acuit Martem, & se suscitatur ira,
 Oblato gaudens componi fœdere bellum.

Aſcanio. Tum ſocros mæſtiq; merum ſolatur Iuli,
 Fata docens: regiſq; iubet reſponſa Latina
 Certa referre viros, & pacis dicere leges.
Poſtera vix ſummos ſpargebat lumine mentis
Quota diēs, cum primum alio ſe gurgite voluit
Solis equi, lucemq; elatus naribus effluat,
 Campum ad certamen magna ſub manibus
 Dimenſi, Rutuliq; viri Teucricq; parabant:
 In mediisq; ſocos, & dijs communibus aras
 Gramineas. alij ſentemq; ignemq; ferebant,
Velati lino, & verbera tempera vincti
 Proceſſit legio Auſonidum: pilatiq; pleni
 Agmina ſe fundunt portis. hinc Troius ensis
 Thyrrhenuſq; ruit varijs exercitus armis:
 Haud ſecus inſtructi ferro, quàm ſi aſpera Marti
 Pugna vocet: nec non medijs in millibus ipſi
 Duſtores auro volitant oſtroq; decori:
 Et genus Aſſarici Mneſtheus, & ſortis Aſſlar,
 Et Meſſapus equum domitor, Neptunia proles
 Utq; dato ſigno ſpacia in ſua quiſq; receſſit,
 Deſigunt tellure haſtas, & ſcuta reclinant.
 Tum ſtudio effuſe matres, & vulgus inermum,
 Inualidiq; ſenes, turres & tecta domorum
 Obſedère: alij portis ſublimibus aſtant.
 At Iuno ex ſummo, qui nunc Albanus habetur,
 (Tū neq; nomen erat, neq; honos aut gloria mortis)

inspicies tumulo, campum spectabat, & ambas
 Laurentum Troiumq; acies, urbemq; Latini.
 In templo Turni sic est affata sororem
 Iuna deam, stagnis qua fluminibusq; sonoris
 Presidet: (hunc illi rex aetheris altus honorem
 Propter erepta pro virginitate sacravit)
 Sympha decus fluuiorum, animo gratissima nostro,
 Sic, vi te cunctis vnâ, quacunq; Latine
 Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile,
 Tratulæm, calig; libens in parte locarim.
 Disce tuum, (ne me incuses) Iuturna, dolorem.
 Qua visa est fortuna pati, Parcaq; sinebant
 Cedere res Latio, Turnum & tua moenia texi:
 Nunc inuenem imparibus video concurrere fati:
 Parcarumq; dies, & vis inimica propinquat.
 Non pugna aspicere hanc oculus, non fœdera possum.
 Tu pro germano, si quid praesentius audes,
 Perge: decet, forsitan miseros meliora sequentur.
 Vix es, cum lacrymas oculis Iuturna profudis,
 Terq; quaterq; manu pectus percussit honestum.
 Non lacrymis hoc tempus, aut Saturnia Iuno,
Accelera, & fratrem, si quis modus, eripe mortis:
 Aut tu bella cie, conceptumq; excute fœdus,
 Auctor ego audendi, sic exhortata reliquit
 Inertam, & tristi turbatam vulnere mentis.
 Interea reges, ingenti mole Latinus
 Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum
 Aurati bis sex radij fulgentia cingunt,
 Sola aut specimen: bigæ ut Turnus in albis,

Arg. 1367

Bina manu lato crissans hastilia ferro:
 Hinc pater Aeneas, Romana stirpis origo,
 Sydereo flagrans clypeo, & caelestibus armis:
 Et iuxta Ascanius magna spes altera Romae.
 Procedunt castris: puraq; in veste sacerdos
 Setigera foetum suis, intonsamq; bidentem
 Attulit, admouiq; pecus flagrantibus aris.
 Illi ad surgentem conuersi lumina solem,
 Dant fruges manibus salsas, & tempora ferri
 Summa notant pecudum, paterisq; altaria laeta
 Tum pius Aeneas stricto sic ense precatur:
 Esto nunc sol testis, & hac mihi terra precantem.
 Quam propter tantos potui perferre labores:
 Et pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno
 Iam melior iam diua, precor: tuq; inclyte Mater,
 Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques:
 Fontesq; fluuiosq; voco, quaq; aetheris albi
 Relligio, & quae caeruleo sunt numina ponti:
 Cesserit Ausonio si fors victoria Turno,
 Conuenit Euandri victos discedere ad ripam:
 Cedet Iulus agris, nec post arma vlla rebellis
 Aeneada referent, ferrosque hac regna laescent.
 Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem,
 (Vt potius reor, & potius dii numine firmetur)
 Non ego nec Teucris Italos parere iubebo,
 Nec mihi regna peto: paribus se legibus ambo
 Inuicta gentes aeterna in foedera mittant.
 Sacra deosq; dabo, socer arma Latinus habeto,
 Imperium solenne socer: mihi maxima Teuci

Constituent, vrbiq; dabit Lavinia nomen.
 Prior Aeneas: sequitur sic deinde Latinus,
 spiciens caelum, tenditq; ad sidera dextram:
 Ecce eadem, Aenea, terram, mare, sidera, iuro, *Sol et Luna*
 totumq; genus duplex, Ianumq; bifrontem,
 totumq; deum infernam, & diri sacraria Ditis:
 Andiat haec genitor, qui foedera fulmine sancit.
 Tango aras, mediosq; ignes, & numina restor:
 Nulla dies pacem hanc Italï, nec foedera rumpet,
 Quores cumq; cadent, nec me vis ulla volentem
 auerret: non si tellurem effundat in undas
 Diluvio miscens, caelumue in tartara soluat.
 Vi sceptrũ hoc (dextra sceptrũ nam forte gerebat)
 Nunquam fronde leni funder virgulta, nec umbras:
 Cum semel in sylvis imo de stirpe recisum
 Matre caret, posuitq; comas & brachia ferro,
 Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
 lachrysit, patribusq; dedit gestare Latinis.
 Talibus inter se firmabant foedera dictis,
 Conspectu in medio procerum: tum ritẽ sacratas
 In flammam iugulant pecudes, & viscera viuis
 Eripiunt, cumulantq; oneratis lancibus aras.
 At verò Rutulis impar ea pugna videri
 Iamdudum & vario misceri pectora motu,
 Tam magis, vt propius cernunt non viribus aquis.
 Adiuuat incessu tacita progressus, & aram
 Suppliciter venerans demisso lumine Turnus,
 Pubesq; genæ, & iuuenili in corpore pallor,
 Quem simul ac Iuturna soror crebescere vidit

Sermonem, & vulgi variare labantia corda:
 In medias acies formam assimilata Camerti,
 (Cui genus à proavis ingens, clarumq; paterna
 Nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis)
 In medias dat sese acies, haud nescia rerum,
 Rumoresq; serit varios, ac talia satur:
 Non pudet ô Rutuli cunctis pro talibus vnam
 Obiectare animam? numerone, an viribus aequi
 Non sumus? en omnes & Troës, et Arcades hic sunt,
 Fatalisq; manus, infensa Hetruria Turno:
 Vix hostem, alterni si congregiamur, habemus.
 Ille quidem ad superos, quorum se deuouet aris,
 Succedet fama, viuusq; per ora feretur:
 Nos patria amissa dominis parere superbis
 Cogemur, qui nunc lenti consedimus aruis.
 Talibus incensa est iuuenum sententia dictis
 Iam magis atq; magis: serpiq; per agmina marmur,
 Ipsi Laurentes mutati, ipsiq; Latini,
 Qui sibi iam requiem pugna, rebusq; salutem
 Sperabant, nunc arma volunt, foedusq; precantur
 Infectum, & Turni sortem miserrantur iniquam.
 His aliud maius Iuturna adiungit, & alto
 Dat signum caelo, quo non praesentius vllum
 Turbauit mentes Italas, monstroq; fefellit.
 Namq; volans rubra fuluus Iouis ales in aethra
 Littoreas agitabat aues, turbamq; sonantem
 Agminis aligeri, subito cum lapsus ad vndas
 Cygnum excellentem pedibus rapit improbus vici:
 Arrexere animos Itali: cunctaq; volucres

Conuer-

conuertunt clamore fugam (mirabile visu)
 interaq; obscurant pennis, hostemq; per auras
 nuba nube premunt: donec vi victus, & ipso
 pendere defecit, pradamq; ex vnguibus ales
 preceit fluuiio, penitusq; in nubila fugit.
 Tum verò augurium Rutuli clamore salutant,
 expediuntq; manus, primusq; Tolumnius augur,
 Hoc erat, hoc votis, inquit, quod saepe petiui.
 Accipio, agnoscoq; deos: me, me duce ferrum
 Corripite o Rutuli, quos improbus aduena bello
 Territat, inualidas vt aues, & littora vestra
 Vi populat, petet ille fugam, penitusq; profunda
 Vela dabit: vos vnanimi densate cateruas,
 Et regem vobis pugna defendite raptum.
 Dixit, & aduersos telum contorsit in hostes
 Procurrens: sonitum dat stridula cornus, & auras
 Certa secat, simul hoc, simul ingens clamor, & om-
 turbati cunei, calesactaq; corda tumultu. (nes
 Hasta volans, vt fortè nouem pulcerrima fratrum
 Corpora constiterant contrà, quos fida creat
 Vna tot Arcadio coniux Tyrrhena Gilippo:
 Horum vnum ad medium, teritur qua sutilis alua
 Balteus, & laterum iuncturas fibula mordet,
 Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis,
 Transadigit costas, fuluaq; extendit arena.
 At fratres, animosa phalanx, accensaq; luctu,
 Pars gladios stringunt manibus, pars misile ferrum
 Corripiunt, caciq; ruunt: quos agmina contrà
 Procurreunt Laurentum: hinc densi rursus inundant

Troës, Agilliniq, & pictis Arcades armis.
 Sic omneis amor vnus habet decernere ferro,
 Diripuerè aras: it toto turbida cælo
 Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber,
 Craterasq, focosq, ferunt: fugit ipse Latinus,
 Pulsatos referens infecto fœdere diuos.
Infrenant alij currua, aut corpora saltu
Subiiciunt in equas, & strictis ensibus assunt.
 Messapus regem, regisq, in signe gerentem
 Tyrrhenum aulesten, audius confundere fœdus,
 Aduerso proterret equo: ruit ille recedens,
 Et miser oppositis à tergo inuoluitur aris
 In caput, inq, humeros: at feruidus aduolat hasta
 Messapus, reloq, orantem multa trabali
 Desuper altius equo grauitè ferit, atq, ita satur:
 Hoc habet, hæc melior magnis data victima diu.
 Concurrunt Itali, spoliantq, calientia membra.
 Obuius ambustum torrem Chorineus ab ara.
 Corripit, & venienti Ebuso, plagamq, ferenti
 Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit,
 Nidoremq, ambusta dedit, super ipse secutus
 Cæsariem leua turbati corripit hostis,
 Impressoq, genu nitens, terra applicat ipsum,
 Sic ridigo latus ense ferit. Podalirius Alsum
 Pastorem, primaq, acie per tela ruentem
 Ense sequens nudo superimminet: ille securi
 Aduersi frontem mediam mentumq, reducta
 Disijcit, & sparso latè rigat arma cruore.
Olli dura quies oculos & ferreus vrget

Turnus, in aeternam clauduntur lumina noctem.
Et pius Aeneas dextram tendebat inermem,
Nudato capite, atq; suos clamore vocabat:
Quo ruitis? quae ista repens discordia surgit?
O cohibere iras, istum iam fœdus, & omnes
Composita leges: mihi ius concurrere soli,
Me finite, atq; auferte merus: ego fœdera faxo
Firma manu, Turnum iam debent hæc mihi sacra.
Hæc inter voces, media inter talia verba,
Ecce viro stridens alis allapsa sagitta est,
Intertum qua pulsa manu, quo turbine adacta,
Quo tantam Rutulis laudem, casusne, deusne
Attulerit: pressa est insignis gloria facti:
Nec sese Aenea iactavit vulnere quisquam,
Turnus vi Aeneam cedentem ex agmine vidit,
Turbatosq; duces, subita spe feruidus ardet.
Pescit equos, atq; arma simul, saltuq; superbus
Emicat in currum, & manibus molitur habenas:
Multa virum volitans dat fortia corpora letho.
Semineces voluit multos, aut agmina curru
Proterit, aut reptas fugientibus ingerit hastas.
Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri
Sanguineus Mauors clypeo increpat, atq; furentes
Bella mouens immittit equos: illi equore aperto
Ante Notos Zephyrumq; volat, gemit vltima pulsu
Thrace pedum, circumq; atra formidinis ora,
Iteq; insidiæq; dei comitatus, aguntur.
Talibus equos alacer media inter praelia Turnus
Fumantes sudore quatit (miserabile) casis

Eg

s

Hostibus

Hostibus insultans : spargit rapida vngula rores
 Sanguineos, mistaq; cruor calcatur arena.
 Iamq; neci Sthenelumq; dedit, Thamyrumq; Poliq;
 Hunc congressus, & hunc, illū eminus: eminus ambo
 Imbrasidas, Glaucum, atq; Ladē, quos Imbrasus ipse
 Nutrierat Lycia, patribusq; ornauerat armis,
 Vel conferre manum, vel equo praeuerrere ventos.
 Parte alia, media Eumedes in praelia fertur,
 Antiqui proles bello praeclara Dolonis,
 Nomine auum referens, animo manibusq; parentē:
 Qui quondā, castra vt Danaū speculator adiret,
 Ausus Pelidae precium sibi poscere curru.
 Illum Tydeides alio: pro talibus ausis,
 Affecit precio, nec equis aspirat Achille.
 Hunc procul vt campo Tumnus conspexit apertis,
 Antē leui iaculo longum per inane secutus,
 Sistit equos bijuges. & curru desilit, atq;
 Semianimi lapsiq; superuenit, & pede collo
 Impresso, dextra mucronem extorquet, & alto
 Fulgentem tinxit iugulo, atq; haec insuper addit:
 En agros, & quam bello Troiane petisti,
Hesperiam metire iacens: haec praemia, qui me
Ferro ausi tentare ferunt, sic moenia condunt.
 Huic comitem Baten comiecta cuspide mittit,
 Chloreaq; Sybarimq; Daretaq; Thersilochumq;
 Et sternacis equi lapsum ceruice Thymaten.
 Ac velut Edoni Borea cū spiritus alto
 Insonat Aegeo, sequiturq; ad litora fluctus,
 Quā venti incubuere, fugam dant nubila celo:

Sic Turno, quacunq; viam secat, agmina cedunt,
Conuersaq; ruunt acies : fert impetus ipsum,
Et cristam aduerso curru quatit aura volentem.
Non tulit instantem Phegeus, animuq; frementem,
Obiecit sese ad currum, & spumantia frenis
Ora citatorum dextra contorsit equorum.
Dum trahitur, pendetq; iugis, hunc lata reiectum
Lancea consequitur, rumpuq; infixam bilicem
Loricam, & summum degustat vulnere corpus.
Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem
Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat :
Quem rota precipitem, & procursu concitus axis
Impulit effuditq; solo : Turnusq; secutus,
Ipsum inter galeam, summi thoracis & oras,
Abstulit ense caput, truncumq; reliquit arena.
Atq; ea dum campis victor dat funera Turnus,
Intra Aeneam Mnestheus, & fidus Achates,
Ascaniusq; comes, castru statuere cruentum,
Alternos longa nitentem cuspidē gressus.
Sicut, & infracta luctatur arundine telum
Eripere, auxilioq; viam, quae proxima, poscit :
Ense secant lato vulnus, reliq; latebram
Rescindant penitus, seseq; in bella remittant.
Iamq; aderat Phæbo ante alios dilectus lapis
Lafides : acri quondam cui captus amore
Ipse suas artes, sua munera letus Apollo,
Angurium citibamq; dabat, celereq; sagittas.
Ille, ut depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum, vsumq; medendi

Maluit,

Maluit, & mutas agitare inglorius artes.
 Stabat acerba fremens, ingentem nixus in hastam
 Aeneas, magno iuuenum, & merentis Iuli
 Concurſu, lacrymâq; immobilis. ille retorto,
 Pæonium in morem ſenior ſuccinctus amictu,
 Multa manu medica, Phœbiq; potentibus herbis
 Nequicquam trepidat, nequicquam ſpicula dextra
 Sollicitat, preſatq; tenaci forcipe ferrum.
 Nulla viam fortuna regit, nihil autor Apollo
 Subuenit: & ſeuus campis magis ac magis horret.
 Crebreſcit, propiusq; malū eſt: iam puluere caelum
 Starē vident, ſubeunt equites & ſpicula caſtru
 Denſa cadunt medijs, it triſtis ad æthera clamor
 Bellantum iuuenum, & duro ſub Marte cadentum.
 Hic Venus indigno nati concuſſa dolore
 Dictamum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
 Puberibus caulem folijs, & flore comantem.
 Purpureo: non illa feriſ incognita capris
 Gramina, cum tergo volucres hæſere ſagitta.
 Hoc Venus obſcuro faciem circundata nimbo
 Detulit, hoc fuſcurn labris ſplendentibus annem
 Inſcit, oculiè medicans ſpargitq; ſalubreis
 Ambroſia ſuccos, & odoriferam Panaceam.
 Fouit ea vulnus lymphæ longæuſ Iapſi
 Ignorans, ſubitoq; omniſ de corpore fugit
 Quippe dolor, omniſ ſtetit imo vulnere ſanguis.
 Iamq; ſecuta manu, nullo cogente, ſagitta
 Excidit, atq; noua rediere in priſtina vires.
Arma cii properate viro, quid ſtatū? Iapſi

Conclamat,

Conclamat, primusq; animos accendit in hostes.
 Non hac humanis opibus, non arte magistra
 Proueniunt, neq; te Aenea mea dextera seruat,
 Maior agit deus, atq; opera ad maiora remittit.
 Ille audius pugna, furas incluserat auro
 Hinc atq; hinc, oditq; moras, hastamq; coruscat.
 Postquam habilis lateri clypeus, loricaq; tergo est,
 Ascendit fufis circum complectitur armis,
 Summaq; per galeam delibans oscula satur:
 Disce puer virtutem ex me, verumq; laborem,
Fortunam ex alijs: nunc te mea dextera bello
Defensum dabit, & magna inter pramia ducet:
 Tu facito mox, cum matura adoleuerit atas,
 Sis memor, & te animo repetentē exempla tuorum,
 Et pater Aeneas, & auunculus excuset Hector.
 Has ubi dicta dedit, portis sese extulit ingens.
 Telum immane manu quatiens: simul agmine denso
 Antaus, Mnesteusq; ruunt, omnisq; relictis
 Turba fuit castris: dum ceco puluere campus
 Miscetur, pulsusq; pedum tremit excita tellus.
 Vidit ab aduerso venientes aggere Turnus,
 Videre Ausonij, gelidusq; per una cucurrit
 Ossa tremor: prima ante omnes Iuturna Latinos
 Audiit, agnouitq; sonum, & tremefacta refugit.
 Ille volat, campog; atrum rapit agmen aperto.
 Qualis ubi ad terras abrupto fidere nimbus
 It mare per medium: miseris heu praescia longè
 Horrescunt corda agricolis, dabit ille ruinas
 Arboribus, stragemq; satis, ruet omnia late

Ante

Antè volant, sonitumq; ferunt ad litora venti.
 Talis in aduersos ductor Rhæteius hostes
 Agemen adit: densi: cuneis se quisq; coactis
 Agglomerant, ferit ense graue Thymbraus Osirim,
 Archetium Mnestheus, Epulonè obruncat Achates,
 Vsentemq; Gyas: cadit ipse Tolumnius augur,
 Primus in aduersos telum qui torserat hostes.
 Tollitur in cælum clamor: versiq; vicissim
 Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
 Ipse negq; aduersos dignatur sternere morti,
 Nec pede congressos aquo, nec tela ferentes
 Insequitur, solum densa in caligine Turnum
 Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.
 Hoc concussa metu mentem Iuturna virago,
 Aurigam Turni media inter lora Metiscum
 Excutit, & longè lapsum temone relinquit.
 Ipsa subit, manibusq; vndanteis flectit habenas,
 Cuncta gerēs, vocemq; & corpus & arma Metiscum
 Nigra velut magnas domini cum diuitis ades
 Prouolat, & pennis alta atria lustrat hirundo,
 Pabula parua legens, nidisq; loquacibus escas,
 Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum
 Stagna sonat: similis medios Iuturna per hostes
 Ferrur equus, rapidog; volans obit omnia curru:
 Iamq; hic germanum, iamq; hic ostendit onanem:
 Nec conferre manum patitur, volat auia longè.
 Haud minus Aeneas tortos legit obuius orbes,
 Vestigatq; virum, & disiecta per agmina magna
 Voce vocat, quoties oculos coniecit in hostem.

Alpe-

Alipedumq; fugam cursu tentauit equorum :
aduersos toties currus lucturna retorfit.
Heu quid agat ? vario nequicquam fluctuat aestu,
Diuerseq; vocant animum in contraria cura.
Huic Messapus, vti leua duo sorte gerebat
Lenta, leuis cursu, praefixa hastilia ferro :
Horum vnum certo contorquens dirigit ictu.
Substitit Aeneas, & se collegit in arma,
Poplite subsidens : apicem tamen incita summum
Hasta tulit, summasq; excusit vertice cristas.
Tum vero assurgunt ira : insidysq; subactis,
Diuerfos vbi sensit equos, currumq; referri,
Multa Iouem & laesi restatus foederis aras,
Iam tandem inuadit medios, & Marte secundo
Terribilis seuam nullo discrimine cadem
Suscitat, irarumq; omnes effundit habenas.
Quis mihi nunc tot acerba deus, quis carmine cades
Diuerfas, obitumq; ducum, quos aequore toto
Inq; vicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros,
Expediat ? tanton placuit concurrere motu
Iuppiter aeterna gentes in pace futuras ?
Aeneas Rutulum Sacronem (ea prima ruentes
Pugna loco statuit Teucros) haud multa moratus
Excipit in latus, & qua fata celerrima, crudo
Transadigit costas & crates pectoris ense.
Turnus equo deiectum Amycum, fratremq; Diorem
Congressus pedes : hunc venientem cuspide longa,
Hunc mucrone ferit, curruq; abscissa duorum
Suspendit capita, & rotantia sanguine portat,

Ille Talon Tanaimq³, neci, fortemq³ Cethegum
 Treis vno congressu, & mœstum mittit Onyten,
 Nomen Echionium, matrisq³ genus Peridia.
 Hib fratres Lycia missos, & Apollinis agrū,
 Et iuuenem exosum nequicquam bella Meneten
 Arcada, piscosæ cui circum flumina Lerna
Ars fuerat, pauperq³ domus: nec nota potentum
Munera, conductaq³ pater tellure ferebat,
 Ac velut immisi diuersis partibus ignes,
 Arentem in syluam, & virgulta sonantia lauro
 Aut vbi decursu rapido de montibus altis
 Dant sonitū spumosi amnes, & in equora currunt,
 Quisq³ suum populatus iter: non segnius ambo
 Aeneas Turnusq³ ruunt per pralia: nunc, nunc
 Fluctuat ira intus, rumpuntur nescia vinci
 Pectora: nunc totis in vulnera viribus utor.
 Murranum hic, atauos, & auorū antiqua sonantem
 Nomina, per regesq³ actum genus omne Latini,
 Præcipitem scopulo, atq³ ingentis turbine saxi
 Excutit, effunditq³ solo: hunc lora, & iuga subter
 Prouoluere: ota, crebro super vngula pulsu
 Incita, nec domini memorum proculcat equorum.
 Ille ruenti Hilo, animisq³ immane frementi
 Occurrit, telumq³ aurata ad tempora torquet:
 Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.
 Dextera nec tua te Graiū fortissima Creten
 Eripuit Turno: nec dī texere Cupentum
 Aenea veniente, sui dedit obuia ferro
 Pectora, nec misero clypei mora profuit arci.

Te quoq; Laurentes viderunt Aeole campi
 Oppetere, & latè terram consternere tergo.
 Occidis, Argiua quem non potuere phalanges
 sternere, nec Priami regnorum euersor Achilles.
 Hic tibi mortis erant meta: domus alta sub Ida,
 Lyncei domus alta, solo Laurente sepulchrum.
 Totæ adeo conuersæ acies, omnesq; Latini,
 Omnes Dardanidæ: Mnestheus, acerq; Sereftus,
 Et Messapus equum domitor, & fortis Asylas,
 Thucorumq; phalanx, Euandriq; Arcadis ala:
 Pro se quisq; viri summa nituntur opum vi.
 Nec mora, nec requies: vasto certamine tendunt,
 Hic mentem Aeneæ genitrix pulcherrima misit,
 Iret ut ad muros, vrbig; aduerteret agmen.
 Ocyus, & subita turbaret clade Latinos.
 Ille, ut vestigans diuersa per agmina Turnum,
 Huc atq; huc acies circumtulit, aspicit urbem
 Immunem tanti belli atq; impunè quietam.
 Continuo pugna accendit maioris imago.
 Mnesthea, Sereftumq; vocat, fortemq; Sereftum.
 Ductores: tumulumq; capit: quò cætera Teucrium
 Concurrit legio. nec senta aut spicula densi
 Deponunt. celsò medius stans aggere satur:
 Ne qua meis esto dicta mora, suppiter hac stat.
 Neu quis ob inceptum subitum mihi segnior uo.
 Urbem hodie caussam belli, regna ipsa Latini,
 (Ni senum accipere, & victi parère fatentur.)
 Etiam, & aqua solo sumantia culmina ponam.
 Scilicet expectem, libeat dum praelia Turno

Hb

Nostra

Nostra pati? rursumq; velit concurrere victus?
 Hoc caput, o ciues, hæc belli summa nefandi.
 Ferte faces properè, fœdusq; reposeite flammis.
 Dixerat: atq; animis pariter certantibus omnes
 Dant cuneum, densaq; ad muros mole feruntur.
 Scale improvisò, subitusq; apparuit ignis,
 Discurrunt alij ad portas, primosq; trucidant:
 Ferrum alij torquent, & obumbrant aethera telis.
 Ipse inter primos dextram sub moenia tendit
 Aeneas, magnaq; incusat voce Latinum,
 Testaturq; deos, se inuitum ad praelia cogi:
 Bis iam Italos hostes, hæc altera fœdera rumpi,
 Exoritur trepidos inter discordia ciues:
 Urbem alij referare iubent, & pandere portas
Bardanidis, ipsumq; trahunt in moenia regem:
 Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros.
 Inclusas ut cùm latebrosa in pumice pastor
 Vestigauit apes, fumosq; impleuit amaro:
 Ille intus trepida rerum per cerea castra
 Discurrunt, magnisq; acuiunt stridoribus iras.
 Voluitur ater odor tectis, tum murmure caeco
 Intus saxa sonant, vacuas it fumus ad aras.
 Accidit hæc fœsis etiam fortuna Latinus,
 Quæ totam luctu concussit funditus urbem.
 Regina ut tectis venientem prospicit hostem,
 Incendi muros, ignesq; ad tecta volare.
 Nusquã acies contra Rutulas, nulla agmina Turni
 Infelix pugne iuuenem in certamine credit
 Extinctum, & subito mentem turbata dolore,

Se causam clamat crimēq; caputq; malorum:
 Multaq; per mæstum demens effata furorem:
 Purpureos moritura manu discindit amictus,
 Et nodum informis lethi trabe necit ab alta.
 Quam cladem misera postquam accepere Latina,
 Filia prima manu flauos Lauinia crines
 Et roseas laniata genas: tum cætera circum
 Turba furit: resonant late plangoribus ades.
 Hinc totam infelix vulgatur fama per urbem.
 Demittunt mentes: ut scissa veste Latinus
 Coniugis attonitus satū, vrbeq; ruina,
 Canicem immundo persusam puluere turpans,
 Multaq; se incusat, qui non accepit anicē
 Dardanum Aeneam, generumq; asciuerit vltro.
 Interea extremo bellator in aqore Turnus
 Palantes sequitur paucos, iam segnior, atq;
 Iam minus atq; minus successu latus equorum.
 Attulit hunc illi cæcis terroribus aura
 Commixtum clamorem, arrectasq; impulit auras
 Confuse sonus vrbis, & illatabile murmur.
 Heu mihi, quid tanto turbantur mœnia luctu?
 Quisue ruit tantus diuersa clamor ab vrbe?
 Sic ait, adductuq; amens subsistit habenis.
 Atq; huic in faciem soror vt conuersa Metisci
 Auriga, currumq; & equos & lora regebat,
 Tabbus occurrit dictis: hac Turne sequamur
 Troiugenas, quæ prima viam victoria pandit.
 Sunt alij, qui tecta manu defendere possunt.
 Ingruit Aeneas Italu, & pralia miscet,

Hb 2

Et nos

Et nos saeva manu mittamus funera Teucris:
 Nec numero inferior pugna, neq; honore recedes.
 Turnus ad haec:

O soror, & dudum agnoui, cum prima per artem
 Fœdera turbasti, teq; hac in bella dedisti,
 Et nunc nequicquam fallis dea. sed quis olympo
 Demissam tantos voluit te ferre labores?
 An fratris miseri lethum ut crudele videres?
 Nam quid ago? aut quae iam spondet fortuna salutem?
 Vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem
 Murrānum, (quo non superat mihi ceterior alter)
 Oppetere ingentem, atq; ingenti vulnere victum.
 Occidit infelix ne nostrum dedecus vñs
 Aspiceret: Teucris potiantur corpore & armis.
 Excindit domos (id rebus defuit unum)
 Perpetiar? dextra nec Drancus dicta resellam?
 Terga dabo? & Turnū fugientē hac terra videbu?
 Vsq; adeone mori miserum est? vos o mihi manes
 Este boni: quoniam superis auersa voluntas.
 Sancta ad vos anima, atq; istius inscia culpa,
 Descendam, magnorū haud vñq; indignus auorum.
 Vix ea fatus erat, medios volat ecce per hostes
 Vectus equo spumante Sages, aduersa sagitta
 Saucius ora, ruitq; implorans nomine Turnum.
 Turne in te suprema salus: miserere tuorum.
 Fulminat Aeneas armis, summasq; minatur
 Deiecturum arces Italū, excidioq; daturum.
 Iamq; faces ad tecta volant: in te ora Latini,
 In te oculos referunt. mussat rex ipse Latinus,

Quos generos vocet, aut qua sese ad fœdera flectat.
 Præterea regina, tui fidissima, dextra
 Occidit ipse sua, lucemq, exterrita fugit.
 Sola pro portis Messapus & acer Atinas
 Sistentant aciem, circum hos viri, phalanges
 Stant densa, strictiq, seges mucronibus horret
 Ferrea, tu currum deserto in gramine versas.
 Obsupuit varia confusus imagine rerum
 Turnus, & obrutus tacito stetit. astuat ingens
 Imo in corde pudor, mistoq, insania luctu,
 Et furis agitatus amor, & conscia virtus.
 Ut primū discussa umbra, & lux reddita menti est,
 Ardentem oculorum orbem ad mœnia torsit
 Turbidus, eq, rotam magnam respexit ad urbem.
 Ecce autem flammis inter tabulata volutus
 Ad cœlum vndabat vortex, turrimq, tenebat:
 Turrim, compactis trabibus quam eduxerat ipse,
 Subdideratq, rotas, pontesq, instrauerat altos.
 Iam tam fata, soror, superant, absiste morari:
 Quod deus, & quod dura vocat fortuna, sequamur:
 Siat conferre manū Aeneas: stat, quicquid acerbi est,
 Morte pati. nec me indecorem germana videbis
 Amplius: hunc, oro, sine me furere ante furorem.
 Dixit, & e curru saltum dedit ocyus aruis:
 Perq, hostes, per tela ruit, mœstamq, sororem
 Deserit, ac rapido cursu media agmina rumpit.
 Ac veluti montis saxum de vertice præceps
 Cum ruit auulsum vento, seu turbidus imber
 Proluit, aut annis soluit sublapsa vetustas,

Fertur in abruptum magno mons improbus altus,
 Exultatq; solo, silvas, armenta, virosq;
 Inuoluens secum, disiecta per agmina Turni
 Sic urbis ruit ad muros, vbi plurima fuso
 Sanguine terra madet, stridentq; hastilibus auras.
 Significatq; manu, & magno simul incipit ore:
 Parcite iam Rutuli, & vos tela inbibete Latini.
 Quaecunq; est fortuna, mea est: me verius vnus
 Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro.
 Discessere omnes medijs, spaciunq; dedere.
 At pater Aeneas, audito nomine Turni,
 Deserit & muros, & summus deserit arces,
 Precipitatq; moras omnes, opera omnia rumpit
 Læticia exultans, horrendumq; intonat armis:
 Quantus Athos aut quantus Eryx, aut ipse, cornibus
 Cum fremit ilicibus, quantus, gaudetq; nivali
 Vertice se attollens pater Apenninus ad auras.
 Iam verò & Rutuli certatim, & Troës, & omnes
 Conuertère oculos Itali, quiq; alta tenebant
 Mœnia, quiq; imos pulsabant ariete muros,
 Armag; deposuere humeris. stupet ipse Latinus,
 Ingentes genitos diuersis partibus orbis
 Inter se cõisse viros, & cernere ferro.
 Atq; illi, vt vacuo patuerunt aequore campi,
 Procurfu rapido coniectis eminus hastis,
 Inuadunt Martem clypeis atq; ære sonoro.
 Dat gemitum tellus: tum crebros ensibus ictus
 Congeminant fors & virtus miscentur in vnã.
 Ac velut ingenti Sylâ, summòue Taburno

Cum duo conuersis inimica in praelia tauri
 frontibus incurrunt, pauidi cessere magistri:
 stat pecus omne metu mutum, mussantq; iuuentæ,
 qui pecori imperitet, quæ tota armenta sequantur.
 Illi inter sese multa vi vulnera miscent,
 Cornuq; obnixi insingunt, & sanguine largo
 Colla armosq; lauant, gemitu nemus omne remugit:
 Haud aliter Tros Aeneas, & Daunius heros
 Concurrunt clypeis, ingens fragor æthera complet.
 Iuppiter ipse duas aquato examine lances
 sustinet, & fata imponit diuersa duorum,
 Quem damnet labor, & quo vergat pondere lethum,
 Emicat hic, impune putans, & corpore toto
 Alti sublatum consurgit Turnus in ense,
 Et ferit. exclamant Troes, trepidiq; Latini,
 Arrectaq; amborum acies. at perfidus ensis
 Frangitur, in medioq; ardentem deserit ictu.
 Ne fuga subsidio subeat, fugit ocyor Euro,
 Vi capulum ignatum, dextramq; aspexit incertum.
 Fama est, precipitem, cum prima in praelia iunctos
 Conscendebat equos, patria mucrone relicto,
 Dum trepidat, ferrum auriga rapuisse Metisci:
 Idq; diu dum terga dabant palantia Teucri,
 Suffecit: postquam arma dei ad Vulcania ventum est,
 Mortalis mucro, glacies ceu futilis ictu
 Dissiluit: fulua resplendent fragmina arena.
 Ergo amens diuersa fuga petit aquora Turnus,
 Et nunc huc, inde huc incertos implicat orbes.
 Vndiq; enim densa Teucri inclusere corona:

Atq; hinc vasta palus, hinc ardua mœnia cingunt.
 Nec minus Aeneas (quanquam tardante sagina
 Interdum genua impediunt, cursumq; recusant)
 Insequitur, trepidiq; pedem pede seruidus virgi.
 Inclusum veluti si quando in flumine nactus
 Ceruum, aut puniceæ septum formidine penna,
 Venator cursu canis & latratibus instat.
 Ille autem insidijs, & ripa territus alta,
 Mille fugit refugiq; vias, ac viuudus Vmber
 Hæret hians, iam iamq; tenet, similisq; tenenti
 Increpuit malus, morsuq; elusus inani est.
 Tum verò exoritur clamor, ripeq; lacuq;
 Responsant circâ, & cœlum tonat omne tumultu.
 Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes,
 Nomine queng; vocans, notumq; efflagitat ensim.
 Aeneas mortem contrâ presensq; minatur
 Exitium, si quisquam adeat, terretq; trementes,
 Excisurum urbem minitans, & saucius instat.
 Quinq; orbes explent cursu, totidemq; retexunt,
 Huc illuc: nec enim leuia aut ludicra petuntur
 Præmia, sed Turni de vita & sanguine certant,
 Fortè sacer Fauni solijs oleaster amaris
 Hic steterat, nautis olim venerabile lignum:
 Seruari ex vndis vbi figere dona solebant
 Laurenti diuo, & votis suspendere vestes:
 Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacram
 Sustulerant, puro vt possent concurrere campo.
 Hic hasta Aeneas stabat, huc impetum illam
 Detulerat fixam, & lenta in radice tenebat.

Incubuit,

Incubuit, voluitq; manu conuellere ferrum
Dardanides, telosq; sequi, quem prendere cursu
Non poterat. tum verò amens formidine Turnus,
Faune, precor, miserere, inquit, tuq; optima ferrum
Terra tene, colat vestros si semper honores,
Quos contra Aeneada bello fecere profanos.
Dixit: opemq; dei non cassa in vota vocauit.
Namq; diu luctans, lentosq; in stirpe moratus,
Viribus haud vllis valuit discludere morsus
Roboris Aeneas, dum nititur acer, & instat,
Rursus in auriga faciem mutata Metisci
Procurrit, fratriq; enssem dea Daunia reddit,
Quod Venus audaci Nympha indignata licere,
Accepit, telumq; alta ab radice reuellit.
Olli sublimes, armis animusq; refecti:
Hic gladio fidens, hic acer & arduus hasta,
Insistunt contrà certamine Martis anbeli.
Iunonem interea rex omnipotentis olympi
Alloquitur, fulua pugnans de nube tuentem:
Que tam finis erit coniunx? quid deniq; restat?
Indigetem Aeneam scis ipsa, & scire sateris,
Deberi cælo, fatiq; ad sidera tolli.
Quid struis? aut qua spe gelidis in nubibus haeres?
Mortalin' decuit violari vulnere diuum?
Aut enssem (quid enim sine te Iuturna valeret?)
Ereptum reddi Turno, & vim crescere victis?
Desine iam tandem, precibusq; inflectere nostris:
Nec te tantus edat tacitam dolor, & mihi curæ
Sape tuo dulci tristes ex ore recurrant.

H h s

Ventum

Ventum ad supremum est. terris agitare vel unda
 Troianos potuisti, infandum accendere bellum,
 Deformare domum, & luctu miscere hymenaeos.
 Vltius tentare veto. sic Iuppiter orsus:
 Sic dea submisso contrâ Saturnia vultu:
 Ista quidem quia nota mihi tua magna voluntas
 Iuppiter, & Turnum & terras inuita reliqui,
 Nec tu me aëria solam nunc sede videres
 Digna indigna pati: sed flammis cincta sub ipsa
 Starem acie, traheremq; inimica in praelia Teucros.
 Inturnam misero (fateor) succurrere fratri
 Suasi, & pro vita maiora audere probavi:
 Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum.
 Adiuro Stygiæ caput implacabile fontis,
 Vna superstitione superis quæ reddita Diuis.
 Et nunc cedo equidem, pugnasq; exosa relinquo.
 Illud te, nulla fatis quod lege tenetur,
 Pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum:
 Cum iam connubijs pacem felicibus (esto)
 Component, cum iam leges, & fœdera iungent:
 Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos
 Neu Troas fieri iubeas, Teucrosq; vocari,
 Aut vocem mutare viros, aut vertere vestes.
 Sit Latium, sint Albani per secula reges,
 Sit Romana potens Italia virtute propago.
 Occidit, occideritq; sinas cum nomine Troia,
 Olli subridens hominum rerumq; repertor,
 Es germana Iouis, Saturniq; altera proles,
 Irarum tantos voluit sub pectore fluctus?

Verum age, & inceptum frustra submitte furorem,
Do quod vis, & me victusq; volensq; remitto.
Sermone Ausonii patrium moresq; tenebunt,
Vig, est, nomen erit: commisti corpore tantum.
Subsident Teucri, morem ritusq; sacrorum
Adiiciam, faciamq; omnes vno ore Latinos.
Hinc genus, Ausonio mistum quod sanguine surget,
Supra homines, supra ire deos pietate videbis.
Nec gens vlla tuos aequè celebrabit honores.
Annuit his Iuno, & mentem latata retorfit.
Interea excedit caelo, nubemq; relinquit.
His actis, aliud genitor secum ipse volutat,
Inturnamq; parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur gemina pestes, cognomine Dira,
Quas & tartaream nox intempesta Megeram
Vno eodemq; tulit partu, paribusq; reuinxit
Serpentum spirus, ventosq; addidit alas:
Hac Iouis ad solium, seuq; in lumine regis
Apparent, acnuntq; metum mortalibus aegri,
Si quando lethum horrificum morbosq; deum rex
Molitur, meritas aut bello territat vrbes.
Haurum vnam celerem demittit ab aethere summo
Iuppiter, inq; omen saturna occurrere iussit.
Illa volat, celeriq; ad terram turbine fertur:
Non secus ac nervus per nubem impulsus sagitta,
Armatam seui Parthus quam felle veneni,
Parthus siue Cydon, telum immedicabile, torfit,
Stridens, & celetes incognita transiit umbras.
Talis se fata nocte tulit, terrasq; petiuit.

Post.

Postquam acies videt Iliacas, atq; agmina Turni,
 Alitis in parua subito collecta figuram,
 Qua quondam in bustis, aut culminibus desertis
 Nocte sedens, serum canit importuna per umbras:
 Hanc versa in faciem, Turni se pestis ad ora
 Fertq; refertq; sonans, clypeumq; cuerberat alis,
 Illi membra nouis soluit formidine torpor,
 Arctaq; horrore comae, & vox faucibus haesit.
 At procul ut Dira stridorem agnouit & alas,
 Infelix crines scindit Iuturna solutos,
 Vnguib; ora soror sedans, & pectore pugnis.
Quid nunc te tua Turne potest germana iuuare?
 Aut quid iam misera superat mihi? qua tibi lucem
 Arte morer? talin' possum me opponere monstro?
 Iam iam linquo acies ne me terrete timentem
 Obscurne volucres: alarum verbera nosco,
 Lethalemq; sonum: nec fallunt iussa superba
 Magnanimi Iouis: haec pro virginitate reponit?
 Quò vitam dedit eternam? cur mortis adempta est
 Conditio? possem tantos finire dolores
 Nunc certè, & misero fratri comes ire per umbras
 Immortalis ego? haud quicquid mihi dulce meorum
 Te sine frater erit, ò qua satis ima dehiscat
 Terra mihi, manesq; deam demittat ad imos.
 Tantum effata, caput glauco contexit amictu,
 Multa gemens, & se fluuio dea condidit alto.
 Aeneas instat contra, telumq; coruscat
 Ingens, arboreum, & saeu sic pectore fatùr: (Hae?
Quae nunc deinde mora est? aut quid iam Turne retra-

Non cursu, sensu certandum est cominus armis.
 Verte omnes tete in facies, & contrahæ quicquid
 sine animis sine arte vales: opta ardua pennis
 Astra sequi, clausumq; caua te condere terra.
 Ille caput quassans: non me tua feruida terrent
 Dicta ferox, dij me terrent, & Iuppiter hostis.
 Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens,
 Saxum antiquum, ingens campo qui forte iacebat
 Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.
 Vix illud lecti bis sex ceruice subirent,
 Qualia nunc hominum producit corpora tellus:
 Ille manu raptum trepida torquebat in hostem
 Altior insurgens, & cursu concitus heros.
 sed neq; currentem se, nec cognoscit euntem,
 Tollentemue manu, saxumue immane mouentem.
 Genua labant, gelidus concreuit frigore sanguis,
 Tum lapis ipse viri vacuum per inane volutus
 Nec spaciū euasit totum, nec pertulit ictum.
 Ac velut in somnus, oculos vbi languida pressit
 Noctæ quies, ne quicquam audios extendere cursus
 Velle videmur, & in medijs conatibus agri
 Succidimus, non lingua vales, non corpore nota
 Sufficiunt vires: nec vox aut verba sequuntur:
 Sic Turno (quacumq; viam virtute petiuit)
 Successum dea dira negat. tum pectore sensus
 Vertuntur varij: Rutulos aspectat & urbem,
 Cunctaturq; metu, telumq; instare tremiscit:
 Nec quò se eripiat, nec quā vi tendat in hostem:
 Nec currus vsquam videt, aurigamq; sororem.

Cunctant

Cunctanti telum Aeneas fatale coruscet,
 Sortitus fortunam oculus, & corpore toto
 Eminus intorquet. murali concita nunquam
 Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
 Dissultans crepitus: volat atrî turbinis instar
 Exitium dirum hasta ferens, orasq; recludit
 Lorica, & clypei extremos septemplex orbes
 Per medium stridens transit femur: incidit istum
 Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
 Confurgunt gemitu Rutuli, totiusq; remugit
 Mons circum, & voce late nemora alta remittunt.
 Ille, humilis, supplexq; oculos dextramq; precatem
 Protendens: equidem merui, ne deprecor, inquit,
 Vtere sorte tua, miseri te si qua parentis
 Tangere cura potest, oro: (fuit & tibi talis
 Anchises genitor) Dauni miserere senectæ,
 Et me, seu corpus spoliatum lumine manus,
 Redde meis: vicisti, & victum tendere palmam
 Ausonij videre: tua est Lauinia coniunx.
 Vtlerius ne tende odiss. stetit acer in armis
 Aeneas, voluens oculos dextramq; represit.
 Et iam iamq; magis cunctantem flectere sermo
 Cœperat, infelix humero cum apparuit ingens
 Baltheus, & notus fulserunt cingula bullis
 Pallanthis pueri: victum quem vulnere Turnus
 Strauerat, atq; humeris inimicum insigne gerebat.
 Ille oculis postquam saui monumenta doloris
 Exuiasq; hausit, furij accensus & ira

Terribi-

Terribilis: tunc hinc spalijs induite meorum
 Expiare mihi? Pallas te, hoc vulnere Pallas
 Immolat, & penam scelerato ex sanguine sumit:
 Hoc dicens, ferrum aduerso sub pectore condit
 Feruidus: ast illi soluuntur frigore membra,
 Utaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras.

Wunderloft ex das loben sein,
 Was solch ein ohn Frost der hollensim



GEOR-